

Hymn  
2

V

e-ni, redemptor gentium, ostende partum Virgini; mi-retur

omne seculum: talis decet partus Deum. 2. Non ex virili semine, sed

mystico spiramine Verbum Dei factum est caro fructusque ventris

floruit. 3. Alvus tumescit Virginis, claustrum pudoris permanet, vexilla

virtutum micant, versatur in templo Deus. 4. Procedat ex thalamo suo,


pudoris aula regina, geminae gigas substantiae alacris ut currat vi-

am. 5. Aequalis aeterno Patri, carnis tropaeo cingere, infirma nostri cor-

poris virtute firmans perpetui. 6. Praesepes iam fulget tuum lumenque

nox spirat novum, quod nulla nox interpolet fideque iugis luceat.

7. Sit, Christe, rex patris me, tibi Patrique gloria cum Spiritu Para-



cli-to, in sempiterna sæcu-la. A- men.